

1792, 11
1957
AN

DISSE¹⁷⁹²
TATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA
DE
QVERELA INOFFICIOSAE
DONATIONIS
NON NISI
AD LEGITIMAM EX REBUS
DONATIS REVOCANDAM
COMPETENTE

QVAM
CONSENTIENTE
ILLVSTRI IVRISCONSVLTORVM ORDINE

AD
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
DIE XXVIII. APRILIS A. MDCCCLXXXII.
RITE CAPESSENDOS
ERVDITORVM DISQVISITIONI

OFFERT
LVEDERV^S FERDINANDVS THIES
NIENBURGENSIS.

GOETTINGAE,
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR. 1792.

DISSERTATIO IN VASCARIAZIS SARVIAE
DE
GARRELLA HNOFFICIOSAE
DONATIOMIS
NON nisi
AD LEGITIMAM EX REBUS
DONATIS RECOGNITI
COMPETENTI

GRATIA
CONSENTIENTIE
ILLAVATI IAHESOVS APOSTOLVM DE SINE

SUMMOS IN UTOQUE HABERE HONORES
DE XXVII APRILIS A MDCCCLXXXII
HABIT CVERBVRDOS
EXADDITIONE DISCUSSIONI

MEDICINÆ FUNDAMENTALIBUS
HABEBANTUR

ETATIS DE M. OLAIBR. VGD. LIBROV. 1702.

VENERANDO PATRI,
COMMISSARIO
IVRISDICTIONIS PER CIVITATEM
NIENBVRGENSEM EXERCENDAE CAVSSA
REGIA AVCTORITATE CONSTITVTO

EA, QVA DECET, REVERENTIA
DISSERTATIONEM SVAM IN AVGVRALEM

IN SCRIBEBAT
ET SACRAM ESSE IVBEBAT

FILIVS OBEDIENTISSIMVS
AVCTOR,

AENIGRANDO PATORI

C O M M I S S A R I O

JURISDICTIONIS PER CIVITATEM

MUNDAROGENSIUM EXERCERENDAE CAUSA

REGI VACATORIAE CONSTITUTIO

Ex. 64 DECEM. REPENTITIA

DISTRIBUTIONEM SANI INAGARALI

INSCRIPTIONES

ET SVORVM RSS E IAHIBAT

LIBERIA GALLICANISTENSIS

ACTOVA



DIS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 897. 898. 899. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 917. 918. 919. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 997. 998. 999. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1017. 1018. 1019. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1097. 1098. 1099. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1117. 1118. 1119. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1197. 1198. 1199. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1217. 1218. 1219. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1297. 1298. 1299. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1317. 1318. 1319. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1378. 1379. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1386. 1387. 1388. 1389. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1396. 1397. 1397. 1398. 1399. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1406. 1407. 1408. 1409. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1416. 1417. 1417. 1418. 1419. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1426. 1427. 1428. 1429. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. 1438. 1439. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1446. 1447. 1448. 1449. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1456. 1457. 1458. 1459. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1466. 1467. 1468. 1469. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476. 1477. 1478. 1479. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1486. 1487. 1488. 1489. 1489. 1490. 1491. 1492. 1493. 1494. 1495. 1496. 1497. 1497. 1498. 1499. 1499. 1500. 1501. 1502. 1503. 1504. 1505. 1506. 1507. 1508. 1509. 1509. 1510. 1511. 1512. 1513. 1514. 1515. 1516. 1517. 1517. 1518. 1519. 1519. 1520. 1521. 1522. 1523. 1524. 1525. 1526. 1527. 1528. 1529. 1529. 1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1536. 1537. 1538. 1539. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546. 1547. 1548. 1549. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1577. 1578. 1579. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1588. 1589. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1597. 1598. 1599. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605. 1606. 1607. 1608. 1609. 1609. 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. 1616. 1617. 1617. 1618. 1619. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1639. 1640. 1641. 1642. 1643. 1644. 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1658. 1659. 1659. 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665. 1666. 1667. 1668. 1669. 1669. 1670. 1671. 1672. 1673. 1674. 1675. 1676. 1677. 1678. 1679. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683. 1684. 1685. 1686. 1687. 1688. 1689. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1696. 1697. 1697. 1698. 1699. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 1708. 1709. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1717. 1718. 1719. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727. 1728. 1729. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1797. 1798. 1799. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1817. 1818. 1819. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1897. 1898. 1899. 1899. 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1917. 1918. 1919. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1929. 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1939. 1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947. 1948. 1949. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1969. 1970. 1971. 1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977. 1978. 1979. 1979. 1980. 1981. 1982. 1983. 1984. 1985. 1986. 1987. 1988. 1989. 1989. 1990. 1991. 1992. 1993. 1994. 1995. 1996. 1997. 1997. 1998. 1999. 1999. 2000. 2001. 2002. 2003. 2004. 2005. 2006. 2007. 2008. 2009. 2009. 2010. 2011. 2012. 2013. 2014. 2015. 2016. 2017. 2017. 2018. 2019. 2019. 2020. 2021. 2022. 2023. 2024. 2025. 2026. 2027. 2028. 2029. 2029. 2030. 2031. 2032. 2033. 2034. 2035. 2036. 2037. 2038. 2039. 2039. 2040. 2041. 2042. 2043. 2044. 2045. 2046. 2047. 2048. 2049. 2049. 2050. 2051. 2052. 2053. 2054. 2055. 2056. 2057. 2058. 2059. 205

DISSERTATIO

DE

QVERELA INOFFICIOSAE DONATIONIS NON NISI AD LEGITIMAM EX REBUS DONATIS REVOCANDAM COMPETENTE.

SECTIO I.

De inofficiosa donatione.

§. I.

Notio ejus.

Pietatis officio iure civili agnito consentaneum est, ut parentes liberis, aut liberi parentibus, nec non fratres aut forores fratribus fororibusque determinatam bonorum suorum partem, vulgo legitimam, salvami relinquant 1). Quicquid autem contra agant, id inofficium adpellatur 2). Hinc sequitur, ut ea sit inofficiosa donatio, qua ii, quibus debetur

1) L. 2. P. de inoff. testam.

2) L. cit. pr. J. eod.

debitur legitima, ab ea excluduntur 3). Occasionem ei praebuit male intellecta prudentum interpretatio (§. 6.) qua inofficiosi querela quidem introducta, nulla autem inofficiosae donationis rescindendae mentio facta erat 4). Romani enim, iniquas exheredationes tantum vi sua destitutas esse, existimantes 5), visitatum necessarios heredes legitima privandi modum derelinquere, atque donationibus pietatem laedere cooperunt.

§. 2.

De natura inofficiosae donationis, & quidem:

I. de legitima.

a) ratione objecti.

Ex definitione super inofficiosa donatione in §. I. data duo ejus generalia fluunt requisita, I. ut legitima debeatur, II. ut ii, quibus debetur, donatione ea priventur.

Est autem legitima determinata omnium bonorum pars a domino post mortem suam necessariis heredibus, modo

eandem

3) SAM. de Cocceji in iur. civ. contr. ad Tit. de donat. qu. 9. §. 1.

4) Nam inoff. donat. querela ad exemplum inofficiosi querelae, h. e. cum haec iam introducta esset, legibus est inventa. T. T. C. de inoff. donat.

5) Sed errantes, L. 1. & 8. C. h. t, L. 29. & 30, P. de legib. L. 87.

§. 3. P. de leg. 2.

A 2

eandem partem ex alia causa haud accipient, qua talibus, ex legis dispositione relinquenda. Quae vt tertia esset dimidiae bonorum pars, prouti aut quatuor adessent, aut quinque eorum, quibus debetur, cautum quidem 6), at in quibus rebus, quae bonis adnumerantur, contineretur, nulla, quantum equidem scio, lege definitum est 7). Quum igitur sit pars bonorum indivisa, eamque ob causam locum sibi vindicet iuris principium illud: quod de toto valet, id valet quoque de partibus ejus 8); manifestum est, in singulis & omnibus, quantum earum ad bona pertineant, rebus pro tertia dimidiave parte contineri legitimam 9). Neque vero debetur ex bonis hereditariis tantum. Nam quia donationes inter vivos factae & ab ipso donatore impletæ, modo deinde inofficiose fiant, tam futuram legitimam, quam res ex

6) Nov. 18. cap. 1.

7) Nov. cit. L. 6. C. de inoff. testam.

8) L. 113. P. de Reg. iur.

9) Nov. 92. cap. 1. verbis: „qui habent quidem in omni substantia patris, quod legitimum est, — Neque vero dominus ultra legitimam, i. e. tertiam dimidiame bonorum partem, necessario heredi aliquid relinquere tenetur. Hinc sequitur, eum legitimam unius rei partem ex altera re praestare non debere. Necessarii autem heredis non interest, legitimam ex ea re sibi relinquiri, cui ex legis dispositione inest. Proinde domino recte conceditur facultas, quicquid rerum legitimae nomine ei tribuere velit, eligendi. L. 6. & 7. C. h. t.

viventis donatoris dominio abeuntes ad donatarium transferunt 10); in iis quoque rebus, quae in viventis dominio existere desierunt, legitima inesse dicenda est. Deinde nec vlla invenitur lex, cavens, vt ex determinata eartum rerum parte tantum, haudquaquam vero ex omnibus rebus iisdem relinquetur legitima. Quum igitur ex omnibus, quantum earum ex viventis dominio abierit, rebus debeatur: eaque deinceps res vna cum bonis defuncti totum, quod ymquam ei adfuerit, patrimonium comprehendant: recte colligimus, in omnibus, quae ymquam ad dominum pertinuerint, bonis legitimam contineri.

Objicient forsitan, viventis nullam esse legitimam 11).
Enimvero aliud est objectum, ex quo, aliud tempus, a quo
legitima debetur, adeo ut qui de obiectione, haudquaquam ve-
ro de tempore legitime locutus sum, eius erroris, quasi
vivente domino debeatur legitima, particeps haberi neque-
am. Silentio autem mihi non est omittendum, esse leges,
quibus legitima quarta hereditariorum bonorum pars voca-
tur 12): quae quam opinioni meae repugnare videantur,

A 3 *necessary*

10) Huc collimant verba Nov. 92. cap. 1. citata: „qui habent quidem &c., COCCEJI. l. c. ad Tit. de donat. qu. 9. §. 10.

^{xi}) Chr. THOMASIUS in Diff. de legit. vivent.

12), L. 8, §. 8, P. L. 8, pr. C, de inoff. testam.

necesse est, ut quid sibi velint, paucis exponam. Definiunt leges, quid & quantum bonorum necessariis heredibus relinquendum sit, ut testamenta inofficiosa haud dicantur: eorumque dispositio his rationibus nititur: testamenta de bonis hereditariis confici, donationibus autem inter vivos contra pietatis officium conditis, indemnitatem ex bonis hereditariis necessariis heredibus haud praesllandam esse (not. 9). E contra neque expressis verbis legitimam absolute sumtam quartam hereditariorum bonorum partem adpellant, neque tacite, id quod constat ex iis, quae super inofficiosa donatione inter vivos facta & ab ipso donatore impleta in med. huj. §. scripta sunt. Eamque ob caussam non obstant, quo minus opinioni supra propositae, quippe quae legitimam in universum consideratam spectat, possim inhaerere.

§. 3.

b) ratione temporis & subjecti.

Debetur autem legitima, a) post mortem domini 13) b) necessariis eius heredibus, quo nomine denotantur aut descendentes, aut in eorum defectu ascendentess, aut denique fratres sororesque defuncti tam germani, quam consanguinei, quatenus de turpi persona iis praferenda agitur 14);

13) L. 6, C. de inoff. testam.

14) Nov. 115, cap. 3. & 4, L. 27, C. L. 1, P. de inoff. testam.

dummodo α) neque ingratis se gesserint adversus defunctum;
id quod, quantum ad liberos & parentes attinet, secundum
Nov. 115. cap. 3. & 4., respectu collateralium vero secun-
dum Nov. 22. cap. 47. est dijudicandum 15). β) neque alia
ad sit ratio, ex qua tamquam necessarii heredes non con si-
derati tertiam dimidiame bonorum partem consequi que-
ant 16). γ) neque agatur de peculio defuncti militari 17),
neque δ) de testamento secundum privilegium militare con-
dendo 18).

§. 4

15) Dissentit S. de Coccejr. I. c. ad Tit. de inoff. testam. qu. 9. Enim
vero facta contra Nov. 22. cap. 47. commissa fratrem impediunt,
quo minus contra defuncti fratri voluntatem legitimam consequi
queat. Excludunt enim eum a successione, quae ex lege desertur,
fine qua necessario heredi a legitima excluso non subveniunt leges
(§. 7.). Ubi vero ei non succurritur, ibi ei nec debetur legitima

16) Si legitima debetur, vbi necessarius heres qua talis non consideratus
3tiām 2diāmē bonorum partem consequitur; duo sunt fundamenta
firium, quorum vnum altero non consumitur, adeo ut vtrumque
peti, & neutro necessario heredi relicto, ad vtrumque consequen-
tum agi queat. Quod quin expressis legum dispositionibus adver-
setur, §. 2. I. de inoff. testam; manifestum est, legitimam non de-
beri, vbi necess. heres qua talis non consideratus 3tiām 2diāmē
bonorum partem consequitur. cf. quoque L. 6, pr. C. ad Sct. Trebell.

17) L. 37. §. 1. C. de inoff. test.

18) L. cit. pr.

§. 4.

II. De iniqua donatione legitima.

Alterum inofficiose donationis requisitum in eo ponitur, ut ii, quibus legitima debetur, donatione ab ea excludantur (§. 2). Quocirca necesse est, a) ut omnia adfint ea, quae ad substantiam donationis desiderantur. Quae enim contra leges suscepta est donatio, ea quum non valeat, neque auctor legitimam, neque inofficiosa est 19). b) ut legitima sit objectum donationis. Jam quum legitima, quippe quae est determinata atque indivisa vniuersusque rei pars (§. 2.), modo debeatur, omni donatione alienetur; consequens est, omnem donationem, ceteris paribus, inofficiam esse 20) Merito tamen excipitur a) ea mortis causa donatio, quae hoc animo contrahitur, ut necessarius scriptusque donatoris heres quartam hereditatis partem non salvam habeat. Nam quum, lege Falcidia ad mortis causa donationes, quippe instar legatorum habendas 21), pertinente, quarta rerum donatarum pars necessario heredi tamquam heredi scripto debeatur: eademque quarta, res secundum

19) Coccoji. l. cit. ad Tit. de donat. qu. 9. §. 4.

20) Parez. in C. ad h. t. §. 6. Dissentit Zoesius ad Tit. P. de donation. §. 79.

21) L. 4. C. de mort. causa donat.

9

dum veteris iuris placita considerata, quod ad quantitatem suam attinet, prorsus aequalis sit legitimae ex bonis hereditariis debitae 22): denique quem, necessario herede id, quod legitimae nomine venit, qua tali non considerato accipiente, non debeatur legitima (§. 3. lit. β); facile est ad animadvertendum, in casu proposito, quantum ad ius antejustinianum attinet, neque deberi legitimam, neque mortis causa donationibus contra pietatis officium alienari 23). Quod quidem nulla lege noviori immutatum est 24), adeo ut eiusmodi donatio nec hodierno iure inofficiose dici queat. Enimvero, quoniam lex Falcidia haud idonea est, ad augmentum legitimae necessariis heredibus tribuendum 25), ideoque id debetur, etiamsi defuncti hereditatem consequuti sint; mortis causa donations, quatenus tertiam aut dimidiad hereditatis partem necessario heredi non relinquunt, inofficiosae hodie omnino dicendae sunt. β) ea donatio, qua sancta ex bonis superfluitibus necessarius heres consequitur id, quod ex rebus

22) §. fin. J. de inoss. testam.

23) Haec vera ratio est, cur in Tit. C. de inoss. donat. nulla mortis causa donationis mentio habetur. cf. quoque Perez. in C. ad h. t. §. 3.

24) Nov. 18. cap. 2.

25) WESTENBERG. de Port. legit. diff.

rebus donatis sibi relinquendum erat. Quod enim domino competit, ius res, quascunque legitimae nomine ei tribuere velit, eligendi (not. 9), id in hac specie exercuisse, ideoque secundum pietatem egisse censendus est. 26). c) ut legitima donetur ei, cui non debetur, quo nomine veniunt non solum ii, qui sunt ultra necessarios heredes, sed etiam ipsi necessarii heredes, qui lege debitam sibi partem iam sunt consequuti 27).

SECTIO II.

De querela inofficiose donationis.

§. 5.

a) de effectu iniquae exclusionis a legitima in genere acceptae.

i) Necessarius heres legitimam consequitur.

Praemissis, quae ad naturam inofficiose donationis pertinent, iuris principiis, transeo ad eius effectum, sive ad inoffic. donat. querelam, de qua, quippe haud omnibus aequali querelae inofficiosi (§. 9.), non constabit, nisi de effectu iniquae exclusionis a legitima in genere consideratae pauca in medium proferantur.

Cautum

26) L. 6. & 7. C. h. t. Nov. 92. cap. 2.

27) L. 1. C. h. t.

Cautum quidem erat legibus XII. Tab., vt legitimi heredes non nisi ex voluntate domini ad eius bona admitterentur 28): Sed id novior aetas eatenus immutavit, vt necessariis heredibus a legitima inique exclusis tribueret facultatem, de inofficio domini voluntate conquerendi 29). Neque vero idem ius datum esse legitur iis, qui reliquam bonorum partem non consequuti erant 30): neque novi iuris constitutio ultra tenorem suum extendenda est 31). Quum igitur veteris iuris placitum illud, quantum ad reliquam bonorum partem attinet, haud abrogatum sit, ille autem, cui legitima non relista est, eam ipsam accipiat; consequens est, iniquam privationem legitimae in genere sumtam eum efficiunt fortiri, vt sola legitima necessario heredi restituenda sit 32).

§. 6.

28) L. 120. P. de Verb. Sign.

29) §. 6. J. de inoff. test.

30) not. 29.

31) PEREZ. in C. ad Tit. de legib. §. vlt. ZOESIUS ad eund. tit. P. §. 63.

32) Nec utile, quale est alienatio earum rerum, quae sunt praeter legitimam, in favorem eius, cui non debetur legitima, facta, per inutile vitiatur. L. 29. P. de usuris. L. 1. §. 5. P. de Verb. Obl. L. 34. C. de donat. L. 16. pr. P. de iure patron. conj. cum L. 1. Cf. in fraud. patr. — Exceptio est in querela inofficioſi (§. fin.).

§. 6.

2) *Interpretes sunt autores iuris, contra voluntatem domini in legitimam succedendi.*

Necessarius heres a legitima inique exclusus gaudet iure exigendi, ut ea sibi tribuatur (§. 5.). Est autem animus, huius iuris naturam exponere. Hinc de eius origine ante omnia mihi est differendum.

Quum natura iuris illius, id quod perse patet, ita comparata sit, ut absque remedio, cuius ope aut revocetur legitima, aut retineatur, cogitari nequeat; in promptu est, eum demum autorem istius iuris habendum esse, qui tale, quale dictum est, iuris remedium necessariis heredibus dederit. Neque vero querela aut exceptio inofficiosa testamenti legibus debetur: imo potius prudentum interpretatione 33) moribusque Romanorum 34) introducta est. Quae quum sint antiquissima remedia ad legitimam 35) contra domini voluntatem

33) Legis enim Fictio quedam fundamentum est utriusque remediis. Arg. leg. 17. §. 1. P. de inoff. testam. COCCERI. I. c. ad eund. tit. qu. 3. §. 404. Interpretes autem sunt Fictionum autores. COCCERI. I. c. qu. 1. cf. quoque Mündler in dñi de querela inoff. donat. praefer. §. 1. De exceptione inoff. test. vid. L. 8. §. 13. P. de inoff. testam.

34) L. fin. C. b. t.

35) Competunt enim ad totam hereditatem, cui inest legitima, ergo etiam ad legitimam in inique exhereditati potestatem redigendam.

tatem sibi habendam necessariis heredibus concessa; con-
sequens est, in prudentum interpretatione moribus confir-
mata istius iuris originem quaerendam esse 36).

§. 7.

3) *De fundamento iuris, contra domini voluntatem in
legitimam succedendi.*

Opinione, prudentum interpretatione introductum esse,
vt necessarii heredes legitimam sibi a defuncto non reliquam
consequerentur, in §. antec. probata; de eo facile constabit,
qua ratione vñ sint interpres, vt id ius necessariis heredi-
bus tribuerent? Nam quum legislatoria potestate non gau-
derent, ideoque veteris iuris placitum illud: neminem nisi
ex voluntate domini ad eius bona admitti posse (§. 5.), ab-
rogare nequirent; facile est ad animadvertisendum, id medi-
um tamquam idoneum ad finem sibi propositum obtainendum
adhibuisse prudentes, quo verba legis strictae non violaren-
tur. Eamque ob causam ea fictione vños esse existimo, qua-
si legitima a domino necessariis heredibus relista fit. Ea
enim fictio stricti juris pracepto illi adeo conveniens est, vt
si legibus confirmetur, indeque veritatis effectum sortiatur 37),
idonea habenda sit, ad legitimam contra voluntatem domi-

B 3

ni

36) cf. L. 120. P. de Verb. Sign.

37) Fanchisei in jur. contr. Lib. 12, cap. 7.

ni necessariis heredibus tribuendam. Jam quum interpretes neque ratione iuris stricti principiis contraria, id quod iam ex antecedentibus patet, vti potuerit, neque ratione eidem iuri consentanea quidem, nostrae autem fictioni absimili, quippe quae cogitatione non percipitur; plus quam verisimile est, eam fictionem a prudentibus inventam moribusque confirmatam esse. Quibus praemissis, ad eam quaestione me converto: quem titulum dominus elegisse fingatur, vt legitimam necessariis heredibus relinqueret? Quae, quum legitima non nisi post mortem domini debeatur, exclusis actibus inter vivos, de solo titulo mortis causa intelligenda est.

Quamquam vero, si legum rationem habeas, perinde esse videtur, sive per successionem ex testamento, sive ex lege competentem legitima necessariis heredibus relicita esse fingatur; attamen, quoniam illa fictio extensior, nec tamen hac utilior est, prudentiae autem convenit, simplicibus & facilioribus mediis competentibus, composita ac difficiliora omittere, equidem interpretes hanc fictionem elegisse existimo. Pro qua opinione etiam militat iuris praesumtio. Sicuti enim fictiones in genere consideratae, quippe quae exceptionem a iure communi constituunt, haud praesumuntur, sic & inter plures fictiones una locum habente, pro ea praesumitur

fumitur, quae veritati minimum detrahit. Quae quum sit ea fictio, qua legitima per successionem ex lege competenter necessario heredi delata esse creditur: quum nulla inveniatur lex, ex qua adpareat, alteram fictionem interpretationibus placuisse; pro illa nobis esse praesumendum, intellectu proclive est 38).

Haec autem opinio de fundamento iuris, contra defuncti voluntatem in legitimam succedendi, quantum ad ius Antejustinianum attinet, expressa legis dispositione confirmatur 39); adeo ut, quum nec imperator Justinianus ab ea re

int

38) Exceptio est in eo casu, si quis donationibus inter vivos a legitima inique exclusus atque donatoris hereditatem testamentariam adeptus est. Nam quum testamentum pro inofficio haberi, ideoque successioni, quae ex lege defertur, locus esse nequeat; ad donationes inofficiosas revocandas nobis est existimandum, legitimam per successionem testamentariam necessario heredi relistem esse, L. 3. C. h. t.

39) L. 17. §. 1. P. de inoff. testam. verbis: „cum contra testamentum vt inofficium indicatur, testamenti factionem habuisse defunctus non creditur,, h. e. testamentum non condidisse, atque legitimam per successionem, quae ex lege defertur, necessario heredi reliquisse singitur. Quo fine? sane eo fine, vt inofficii querela vim capiat, atque necessarius heres legitimam accipiat in hereditate contentam.

in totum recesserit 40), legis fictio illa, legitimam per successionem, quae ex lege defertur, necessario heredi a defuncto reliquam esse, hodierno etiamnum iure ex regula vnicum legitimae contra voluntatem defuncti accipiendae fundatum habenda sit.

§. 8.

Duo coniectaria.

Necessario herede a legitima inique excluso, haec per successionem ex legibus competentem ei a defuncto delata esse creditur (§. 7). Legum autem fictiones veritatis effectum fortiuntur (not. 37). Hinc sequitur, a) resolvi inofficium negotium, cum primum is, a quo debetur legitima, in rebus humanis existere desierit. b) legitimam contra voluntatem defuncti ad necessarium heredem iure dominii pertinere, vbi primum hereditatem eius ab intestato delatam 41) adeptus fuerit.

§. 9.

40) Nov. 18. cap. 2. — Ab hoc autem jure imperator JUSTINIANUS eatenus recessit, vt si cui ex necessariis heredibus minus legitima parte in testamento reliquum, vel si in unum aut plures liberorum inofficiorum donato collata esset, laevis conditionem ex lege tribueret (L. 30. C. de inoffic. testam. — not. 9. verbis: „neque vero dominus — praestare non debere... Nov. 92. cap. 1.), ideoque vellet, vt iura, ex quibus necessarii heredes contra voluntatem defuncti legitimam persequerentur, ex directa legis dispositione descenderent.

41) Vel ex testamento delatam in casu in nota 38. proposito.

§. 9.

b) de inoff. donat. querela.

i) Notio eius.

Propositis, quae circa iniquam exclusionem a legitima in genere consideratam obtinent, iuris principiis, de eo facile constabit, qualis sit actio querela inoffic. donationis. Ea enim & prudentibus debetur 42), & ad legitimam contra defuncti voluntatem revocandam competit 43); adeo ut ex generalibus, quorum supradicta mentionem habui, principiis derivanda, atque de inofficiosi querela iisdem valentibus (not. 33. & 35), vera inofficiosi querela habenda sit 44). Neque vero inter utramque actionem tantum nominis sonus differt. Nam quum in differentia, quae intercedit inter testamenta & donationes, ratio sita sit, ut inofficiosi querela locum habere nequeat, nisi necessarius heres testamento, nec inoff. donat. querela, nisi donatione a legitima inique exclusus sit: imo quum ex hoc actionis utriusque requisito superiori alia fluant requisita inferiora, quae ei actioni propria esse debent, cui id

42) not. 33. L. fin. C. h. t. Vid. quoque L. 1. & 8. C. h. t. conj. cum L. 29. & 30. P. de legib. nec non cum L. 87. §. 3. P. de leg. 2.

43) L. 8. pr. C. h. t.

44) L. fin. C. h. t. verbis: „vt sit in hoc actionis utriusque vel una causa“.

C

id requisitum superius ineſt, ex quo nascuntur; per ſe patet, vtrinque querelam haud omnibus vnum idemque remedium existimandam eſſe 45). Eamque ob cauſam noſtram querelam rei vindicationem adpello, qua ex ficio domino legitimae experitur iſ, qui donatione a legitima inique exclusus atque donatoris hereditatem adeptus eſt, eum in finem ut dominus legitimae declaretur, eaque cum omni cauſa ſibi reſtituatur,

§. 10.

2) de fundamento querelae.

Quemadmodum actiones in genere conſideratae, quippe quae pro exercitio iurium haſtentur, iis iuribus fundantur, quae agentibus ſub ea qualitate ſpeciali, ſub qua agant, competunt; ſic & inoff. donat. querela, quae datur ei, qui donatione a legitima inique exklufus eſt, iure eidem qua tali competente fundari dicenda eſt. Gaudet autem, id quod ex antecedentibus patet, vel dominio legitimae donatae prudentum interpretatione ſibi delato (§. 7. & 8 lit. b.), vel iure circa legitimam ex legibus deſcendente (not. 40). Jam quum omni alio iure careat (§. 5.), atque inoff. donat. querela prudentibus debeatur (§. 9.); conſequens eſt, dominium legitimae eius fundamentum habendum eſſe.

Sunt

45) L. cit. verbis: „vel ſimiſ exklufanda. PEREZ. in C. ad h. t. §. 3. & 4. COCCej. l. c. ad Tit. de donation., qu. 9. §. 2.

Sunt autem, qui ad exemplum inofficiosi querelae & nostram querelam ex hereditario iure nasci contendant 46). At vero natura donationis, a qua pendet querela (§. 9.), legitimam titulo singulari possideri ostendit. Singulares autem rerum possessores rei vindicatione conveniuntur, haud quaquam hereditatis petitione 47). Hinc sequitur, nostrae querelae fundamentum in ipso dominio legitimae ponendum esse 48). Alii inveniuntur, qui hanc querelam ad rescindendam inofficiosam donationem dari existimantes, facultatem necessarii heredis, exigendi, ut inofficiosa donatio revocetur, sive ut propriis eorum verbis utar, iniquam a legitima factam exclusionem fontem querelae esse statuant 49). Enimvero quoniam inofficiosa donatio resolvitur, simul ac donator moriatur (§. 8. lit. a.), inoff. donationis querela autem post eius mortem demum movetur, (arg. §. 8. lit. b.); recte colligimus, tempore querelae instituendae iam resolutam esse inofficiosam donationem, adeo ut neque detur ius

ad

46) RUPPEL in diss. de quer. inoff. donat. fratr. §. 1. MÜNDLER in diss. de quer. inoff. donat. praescript. §. 4.

47) L. 9. P. de heredit. petit.

48) HILLIGER in DONELLO enucl. Lib. 19. cap. 11. lit. V.

49) COCEJI. l. c. qu. 9. §. 9. ZOESIUS ad Tit. P. de donation. §. 83.

HILLIGER. l. c. RUPPEL. l. c. MÜNDLER. §. 5.

C 2

ad donationem revocandam agendi, neque id fundamen-
tum querelae nostrae haberí queat.

§. II.

3) de natura querelae.

Fundamento querelae in §. 10. exstructo, ad naturam eius exponendam iam me convertere possum. Fictum enim dominium, ex quo querelam nasci diximus, a) post adquisitam donatoris hereditatem demum intelligitur (§. 8. lit.b.); adeo ut ab hoc tempore querela agendum sit 50). b) ex legis dispositione desertur ei tantum, qui donatione 51) a legitima inique exclusus est. Proinde praeter eum nemini licet ex propria persona querela experiri. Enimvero quoniam adquisita iura & ad heredes devolvuntur, & cessione ad alios transferuntur; post adeptam donatoris hereditatem aut deceidente necessario herede, aut cessione dominii facta, tam heredes eius 52), quam cessionarius 53), ex illius persona querela uti possunt c). tamquam ius reale aequa ac singulare actionem tribuit adversus quemcunque singularem legitimam possessorem 54). d) in legitimam quidem, haudquaque v-

50) Arg. Leg. 2. C. de inoff. testam.

51) modo non sit collata in unum aut plures liberorum not. 40.

52) Arg. Leg. 6. §. 2. & Leg. 7. P. de inoff. testam.

53) RUPPEL l. c. §. vlti.

54) L. 9. P. de rei vindic. L. 9. P. de hered. petit.

ro in reliqua donata competit (§. 5). Hinc sequitur, finem querelae principalem in sola legitima a posseflore, revoçanda ponendum esse 55).

§. 12.

De variis opinionibus, quae finem querelae nostrae spectant.

Silentio omissis iis, quae de duplice effectu querelae, rescissionis scilicet & vindicationis, a viris doctis 56) scripta sunt, — est enim supra iam expositum, tempore querelae instituenda iam resolutam esse inofficiosam donationem (§. 10. in fin. 57) — transeo ad varias, quae rerum donatarum vindicationem spectant, opiniones tam diiudicandas, quam removendas.

Sunt

55) L. 7. & 8. C. h. t. Nov. 92. cap. 1. verbis: „qui habent quidem — legitimum est... VENNUS in sel. Jur. quaest. Lib. 2. cap. 33. WESTENBERG in port. legit. diss. 4. cap. 3. §. 3. WESEMBECKIUS in C. ad h. t. §. 4. HILLIGER in Don. encl. Lib. 19. cap. 11. COCCERI. I. c. ad Tit. de donatione: qu. 9. §. 9. CUJACIUS in Lib. 5. Observat. cap. 14. FACTINEL in Lib. 6. Controv. cap. 84. LAUTERBACH in Coll. Theor. Pract. ad Tit. de donat. §. 42. & 45. MÜNDEL. diss. cit. §. 6.

56) S. de COCCERI. I. c. ad Tit. de donatione qu. 9. §. 9. ZOESTUS ad eund. tit. P. §. 83. DONELLUS encl. Lib. 19. cap. 11. lit. V.

57) cf. quoque L. 34. C. de inoff. test. verbis: „hereditatis petitione ex nomine de inofficio...”

C 3

Sunt autem, qui inofficiosam donationem extraneo factam in totum evacuari iubeant 58). Enimvero quum iniqua exclusio a legitima in genere considerata vnum|eundemque effectum sortiatur, sive legitima ad extraneum, sive ad necessarium heredem translata sit (§. 5.) deinde quum nulla intelligatur ratio ex natura donationum descendens, qua id immutatum esse dicendum sit: denique quum & ipsa L. I. C. h. t. perinde habeat, sive in extraneum, sive in necessarium heredem collata sit inofficiosa donatio; contrariam doctorum opinionem a iuris principiis abhorrire, intellectu proclive est.

§. 13.

Continuatio.

Alii inveniuntur, qui inofficiosam donationem animo nocendi factam omni ex parte rescindendam esse contendant 59). At vero, quem ea cogitatio, se necessarios heredes vel in rebus humanis iam constitutos, vel nondum natos post mortem suam esse relicturum, non impedit, quo minus inofficiosam donationem condat, is nocendi animo agit. Sanae autem mentis homines cogitationem illam, quippe rationi

58) cf. THOMASII in diff. de leg. viv. cap. 2. §. 9.

59) PEREZ. in C. ad h. t. §. 4. & 5. ZOESIUS ad P. l. cit. §. 76.

tioni humanae aptam, semper praesentem habent. Hinc sequitur, cum, ut eum animo nocendi coniuncta sit omnis inofficiosa donatio, tum, ut fundamentum, quo nituntur dissentientes, plane falsum dicendum sit. Cui accedit, inofficiosi querelam vnum eundemque effectum fortiri, sive mater existimans, filium periisse, sive sciens, eum vivere adhuc, inofficiosum testamentum condiderit (60). Nam quum ille casus similis sit ei, quo donatio contrahitur, liberis non existentibus; propter similitudinem, quae omnibus intercedit inter utramque querelam, nobis colligere licet, nec nostrae querelae diversum effectum tribuendum esse, prout aut necessariis heredibus existentibus, aut non existentibus, condita sit inofficiosa donatio.

§. 14.

Continuatio.

Qui tertiam opinionem sequentes rem ex effectu inofficiosi querelae decidendam esse existimant, inter eos reperiuntur, qui ne particula quidem legitimae necessariis heredibus relicta, omnia donata, si minus, legitimam repeti ve- (61). Neque vero id iure contendи posse, ex eo adap-

ret,

(60) L. 27. §. 4. P. de inoff. testam.

(61) PEREZ, in C. ad h. t. §. 4. & 5. ZOESIUS ad Tit. P. de donation.

§. 76. ESAIAS de PUFFENDORF. in Tom. 2. Observat. obs. 178. RUPPEL, diss. cit. §. 19.

ret, quod quae de toto valent, ea de parte eius quoque va-
leant necesse est. Hinc enim sequitur, ut quicquid consti-
tutum sit respectu totius legitimae per iniquam alienatio-
nem in genere consideratam necessario heredi ablatae, id
quoque pertineat ad diminutionem legitimae eodem, quo
dictum est, modo factam. Nulla autem, quantum equi-
dem scio, ex natura donationum erui potest ratio, propter
quam identitas effectus illa in diversitatem transmutata esse
dici queat. Indeque recte colligimus, inoffic. donat. que-
relae unum eundemque effectum tribuendum esse, sive quis
a tota legitima, sive a parte eius per donationem exclusus
sit. Objiciunt interpres, normam iuris veteris ab impe-
ratore JUSTINIANO immutatam esse 62). Quod quidem,
quantum ad inofficiose testamenta attinet, omni dubio caret,
respectu donationum autem recte negatur. Nam quum im-
perator nullam donationum mentionem fecerit, atque leges
correctoriae strictae sint interpretationis; ius, quod intuitu
testamentorum obtinet, ad donationes haud extendi posse,
manifestum est.

§.15.

62) L. 39, pr. C. de inoff. testam.

§. 15.

Continuatio.

Exstiterunt denique, quibus ea opinio placuit, omnia donata sive villa distinctione revocanda esse 63). Eorumque rationes partim in §§. antec. iam sunt propositae, partim in seqq. continentur. Nam quum donationes in fraudem querelae inofficiosi sint excogitatae, ideoque eidem actioni obnoxiae: per hanc autem actionem tota hereditas repetatur; per consequens, inquiunt, & omnia donata repetantur necesse est. Ita quoque legem fin. C. h. t. explicant, ita L. 87. §. 3. P. de leg. 2., ita denique L. 4. C. de contr. emt. vendit.

Quamquam vero, donationibus in fraudem inofficiosi querelae excogitatis, nostra querela certo respectu vera inofficiosi querela habenda est (§. 9.); exinde tamen non sicut, hanc actionem ad donationes adplicatam eundem effectum sortiri, quem sortitur, si testamentorum causa movetur. Tota enim haec res pendet ab ea questione: vtrum effectus inofficiosi querelae generalibus, quae iniquam exclusionem

a

63) Chr. THOMASIUS in diss. cit. cap. 3. ANTON. FABER in Lib. 3. conjectur, cap. 17. CLAPROTH. in iurisp. heuremat. Part. 3. §. 55.

D

a legitima spectant, iuris principiis nitatur, an vero naturae testamentorum debeatur? De qua quaestione pauca hoc loco in medium proferenda sunt. Quum iniqua exclusio a legitima in genere accepta eum effectum habeat, ut legitima necessario heredi tribuatur; ratio, propter quam totum testamentum evertitur, in generalibus principiis illis haud querenda est. Est autem supra expositum, interpres, ut contra inofficiosam defuncti voluntatem in genere consideratam necessariis heredibus subvenirent, ea fictione usos esse: quasi legitima per successionem ex lege competentem necessariis heredibus relictâ sit. Cui si locum esse faciamus, ubi de iniuria necessario heredi testamento illata tollenda agitur; intelligemus, testamentum pro parte resolvendum, ideoque legitimam successionem cum testamentaria quasi ex voluntate defuncti in una eademque hereditate conjungendam esse. Nemini autem incognitum est, sancivisse leges, ut testamentaria successio in partem hereditatis constituta in totam hereditatem ipso iure competeteret 64). Quod quum interpres, legislatoria potestate non gaudentes quippe, abrogare nequirent, ideoque, illa legis fictione servata, inique exheredatus omni auxilio destitutus esse videretur; per se patet, eos, ut contra inofficiosum testamentum inique exheredato

64) L. I. §. 4. P. de hered. inft.

heredato subvenirent, ab illa legis fictione recedere, aliamque in eius locum surrogare debuisse. Neque vero titulus, per quem legitima necessario heredi relicta esse fingitur, impedimento sicut auxilio inique exheredatis fereido. Quis enim nesciat, successionem legitimam idoneam esse, ad iura nostra in alterum transferenda? E contra impedimentum in eo latet, quod testamentum contra pietatis officium conditum est. Quum igitur nulla ratio adsuerit, ob quam interpres, ut id impedimentum removarent, ab ea fictionis parte recederent, quae ipsum titulum spectat, ex quo legitima relicta esse creditur, neque, ea fictionis parte servata, inique exheredatis subveniri potuerit, nisi testamentum in totum rescinderetur; quid mirum, eos hac fictione vlos esse, quasi nullum sit conditum testamentum, atque successio legitima in totam hereditatem necessariis heredibus constituta?

Quibus praemissis, manifestum est, in pugna iuris hereditarii legitimi cum testamentario sive in natura testatorum rationem sitam esse, ut totum testamentum evertatur. Quae quum donationibus, quippe quae de parte bonorum valide contrahuntur, haud communis sit: quumque natura inofficio querelae, quatenus per naturam testatorum fundatur, eidem propria sit (§. 9.); sequitur, cum, ut esse

Etus illius querelae specialis nostrae querelae haud tribuendus
sit, tum, vt legibus a parte adversa citatis, quippe indefini-
tis, non obstantibus, verior habenda sit ea opinio, qua do-
nationibus contra pietatis officium conditis, non nisi legit-
ima necessario heredi restituenda creditur.

Theses.

THESES.

- 1) *Per contraduum aestimatorum dominium rei traditae ad propolam transfertur.*
 - 2) *Hypotheca tacita dotis restituendae causa, vxori concessa, sponsa minime gaudet.*
 - 3) *Tertio hypothecae specialis possessori excussonis beneficium competit.*
 - 4) *Filius familias super peculio adventitio irregulari testamentum condere prohibetur.*
 - 5) *Pignus tacitum, quod pupillis in tutorum bonis competit, eorum heredibus denegatur.*
 - 6) *Leges ad praeteritas actiones applicari nequeunt.*
 - 7) *Is, qui ex errore iuris solvit, solutum tamquam indebitum repetere non potest.*
-

THESE.

ULB Halle

3

004 833 155



Slo

B.I.G.



1792, 11
1957
M

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA
DE
QVERELA INOFFICIOSAE
DONATIONIS
NON NISI
AD LEGITIMAM EX REBUS
DONATIS REVOCANDAM
COMPETENTE

QVAM
CONSENTIENTE
ILLVSTRI IVRISCONSVLTORVM ORDINE

AD
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
DIE XXVIII. APRILIS A. MDCCCLXXXII.
RITE CAPESSENDOS
ERVDITORVM DISQVISITIONI

OFFERT
LVEDERVVS FERDINANDVS THIES
NIENBURGENSIS.

GOETTINGAE,
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR. 1792.

